

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

MATTHÆI PARISIENSIS
CHRONICA MAJORA.

*Quomodo rex Baldvinum baltheo cinxit militari, et A.D 1240.
investivit comitatu Vectæ insulæ, præsente comite
Ricardo.*

Anno Domini MCCXL., qui est annus regis Henrici f. 131 b.
III. vicesimus quartus, tenuit idem rex curiam suam The king keeps
ad Natale Domini apud Wintoniam. Ubi Baldewinum Christmas
de Ripariis, juvenem elegantem, scilicet die Natalis at Win-
Domini, balteo cinxit militari et comitatu Devene¹ chester.
investivit, præsente et id procurante comite Ricardo; Baldwin
in cuius custodia idem Baldewinus pluribus annis de Redvers
extiterat, et filiastram suam, scilicet Amiciam filiam knighted
uxoris suæ Ysabellæ, Gloverniæ quandoque comitissæ,² the earl-
sibi matrimonialiter copulaverat. dom of Devon.

*De electione domini Hugonis de Pateshulle in epi-
scopum Coventrensem.*

Eodem tempore confirmata est electio³ Hugonis de Hugh de
Pateshulle, electi Coventrensis; qui cum thesaurarius Pateshulle made
domini regis per aliquot annos antea [fuisset], et se bishop of
ibidem irreprehensibiliter habuisset, sedens ad regis Lichfield.
scaccarium, accessit ad omnes barones scaccarii se-

¹ *Devene*] So Par. in the margin.
The text has *Vecte*; in veste, C.,
where *Devene* has been also added.
Below his shield is drawn.

² Daughter of William Marshal,
whose first husband was Gilbert de
Clare, 6th earl of Gloucester.

³ A mitre and pastoral staff are
drawn in the margin.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1240. dentes ibidem secundum solitum ordinem suum, et His fare-well to the treasury. cum omnes assurerent ei, solitum honorem impen-dentes, ait eis, "Amici mei et socii carissimi, vale-“ dico vobis, non recedens unquam a vobis, sed a “ scaccario; vocavit me Dominus, licet indignum, ad “ regimen animarum." Et cum prorupissent in singul-tus¹ verba sequentia, omnes sigillatim osculatus est, pro recessu ipsius tenerrime lacrimantes.

De nimis dolenda morte Hysabellæ uxoris comitis Ricardi.

Death of Isabella, wife of Richard of Cornwall. Circa idem tempus nobilissima mulier Isabella, comi-tissa Gloverniæ et Cornubiæ, uxor scilicet comitis Ricardi, ictericia usque ad mortem periclitans infirma-batur. Cujus cum impletum fuisse tempus pariendi,

(erat enim grava et partui proxima,) examinata est; præscisis copiosarum comarum suarum tricis cæruleis, et facta plenarie peccatorum suorum confessione, simul cum puerulo adhuc vivo, sed non vivido, et iccirco statim baptizato, cui nomen Nicholaus aptatum est, migravit ad Dominum. Quod cum comes R[icardus], qui tunc apud Cornubiam gressus direxerat, audivit, prorumpens in gemitus lacrimabiles, doluit inconsolabiliter; et festinanter reversus, corpus venerabilis uxorius suæ veneranter apud Bellum Locum, domum scilicet quam rex Johannes a fundamentis construxerat et Cisterciensium ordini addixerat, fecit in præsentia sua sepeliri.

Her burial at Beau-lieu.

De quodam sono mirabili in multis locis Angliae auditio.

Strange sound heard.

Temporibus sub eisdem auditus est sonus terribilis nimis, quasi mons immanissimus projectus maximo im-petu in medio mari a sullimi corruisset. Qui sonus in

¹ C. ins. per.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

3

eodem momento in plurimis partibus a se distantibus A.D. 1240.
non sine magno timore audientium multorum est
auditus.

*De querimonia episcoporum mota super variis op-
pressionibus ecclesiae Anglicane.*

In octavis vero Epiphaniæ, congregati sunt Londoniis archiepiscopi et episcopi, cum multis aliis magnatibus, præsente etiam legato, reponentes querimoniam gravissimam coram rege in curia sua, super variis injuriis et oppressionibus et cotidianis desolationibus illatis ecclesiæ per iniquum regis consilium, contra suas cartas et juramenta temere veniendo; nec patitur suis pastoribus viduatas ecclesias restitutas respirare; sed ut ab eisdem ecclesiastica bona variis argumentis extorqueat, annis plurimis eas in manu sua detinet, nec patitur electiones canonicas celebrari. Super quibus injuriis illatis et diatim multiplicatis omnes se² asserunt vehementer admirari, cum ipse rex totiens jura verit se jura ecclesiastica illibata conservare, ipsomet audiente et candelam tenente, quod omnes episcopi in violatores libertatum ecclesiasticarum simul sententiam fulminabant, in cuius sententiæ consummatione rex, ut alii, suam candelam extinxit inclinando. Et erant contra regem in querimoniis episcoporum capitula circiter triginta. Et eotenus processum est, quod lata [sit] iterum sententia terribiliter nimis in omnes regis consiliarios, qui ejus animum ad predicta enormia conabantur inclinare.

Offendiculum.
Vacat¹, usque ad hoc signum ←→
Complaints by the bishops of the king's oppression of the church.

De duplice pressura comitis Marescalli G[ileberti].

Sub illorum temporum curriculo, rex comitem Marescallum criminaliter accusabat super quibusdam articles of accusation brought by

¹ It is at 'the foot of the page in C. | ² se] om. C.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

4

MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1240. culis, quos consultius esse judico tacere quam recitare;
 the king against Gilbert Marshal. unde duplicatus est dolor ipsius comitis. Hinc enim angebat eum mortis memoria præclaræ sororis suæ Isabellæ commemoratæ; hinc rediviva regis persecutio. Et datus est ei dies respondendi articulis et objectionibus præponendis contra eum, scilicet in octavis Paschæ, April 22. quod vulgariter clausum Pascha nuncupatur.

De stella quæ dicitur cometa.

Comet. Sub ejusdem temporis processu, videlicet per totum mensem Februarii, tempore serotino, apparuit versus occidentem quædam fusca stella emittens radium versus orientem, quam esse cometam multi veraciter asserebant.

De eo quod dominus imperator iratus reprehendit regem, quia permisit pecuniam asportari de terra sua in dampnum utriusque.

Messengers sent by Frederick II. to per quos ei literarie significavit dominus imperator, Henry III. se non immerito nimis admirari, quod ipsum sinebat to complain of his conduct towards him. Et nondum negotiis in concilio prædicto perfecte expeditis, venerunt ab imperatore duo nuntii ad regem, ipsius supremi principis statum et famam permittebat denigrari. Quamobrem hujus rei coadjutorem, scilicet legatum, quem rex inconsulte in regnum suum vocaverat, exposcit a finibus Angliæ propulsari, quia ipsum inimicum suum et regni Angliæ esse veraciter affirmavit; abrasit enim undecunque impudenter omnem quam potuit pecuniam, ut Papæ satisfaceret avaritiæ et imperiale confunderet dignitatem. Quibus nuntiis rex inito consilio respondit, quod oportuit ipsum Papalibus et ecclesiasticis mandatis obedire pronius cæteris mundi

He demands the expulsion of the legate Otho. The king says he must obey the Pope, et ecclesiasticis mandatis obedire pronius cæteris mundi

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

5

principibus, præsertim cum tributarius vel feodarius A.D. 1240.
 Papæ esse de jure comprobetur; et sic se excusando
 turpiter accusavit. Rex vero, sperans in hoc placere but writes
 imperatori, scripsit ei,¹ supplicans attentius, ut ipse to the Pope on
 gratia affinitatis mitius ageret cum imperatore. Quod Frederick's
 cum Papa audisset, in iram vehementem resolutus, Anger of
 contumeliose in hæc verba prorupit; "Vere non in the Pope.
 " venitur in Anglia quis fidelis." Et ab ejus ore ver-
 bum rapuit quidam ibidem existens ex parte regis,
 dicens; "Pater sancte, iccirco non miremini, si rex
 " Angliæ suis Anglicis fidem non perhibeat, sed ali-
 " enigenis, quia vix est aliquis hodie Anglicus cui
 " fides debeat perhiberi." Et qui verbū protulit, erat,
 ut dicitur, magister Simon Normannus. Pro quibus f. 132.
 verbis utrobique prolatis magister Robertus de Sumer-
 cote² cardinalis in iram magnam commotus, et ipsam,
 ne in jurgia prorumperet, more sapientis compressit.
 Erat nempe natione Anglicus, et domino Papæ, qui eum
 creaverat, in omnibus adversitatibus fideliter adhæsit.

Quomodo legatus sœpe admonitus noluit repatriare.

Rex autem, cum ad se reversus timuisset ne sibi The king
 aliquid sinistri [contingeret], eo quod tam familiarem advises the
 occultum inimicum regni, scilicet legatum, habuisse, ei legate to
 consuluit in bona fide, ne per moram suam in Anglia return; he
 imperiale magnitudinem amplius in iracundiam pro- requires a
 vocaret, sed festinanter transalpinans, Papæ et sibi safe con-
 consuleret. Cui legatus ait; "Me vocasti a curia, con- duct.
 " ductum salvum a te requiro, ut salvus³ redeam."
 Imperiales vero nuntii de quibus mentionem ante The im-
 fecimus, cum hæc omnia cognovissent, ad dominum perial mes-
 suum redierunt, omnia quæ viderant et audierant, ut return.
 sagaces exploratores, nuntiaturi.

¹ *ei*] i.e. the Pope.

² Or Ummarcote, Card. tit. S. Eustachii.

³ *salvus*] Par. has *vel -vo* above the line.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1240. *Quomodo indefessus factus est legatus nummorum collector.*

Extortions of the legate. Legatus interea, sui non oblitus, nummos et redditus non segniter sibi rapuit; procurationesque dari compellens, mittens episcopis et archidiaconis districta mandata, circa festum Annunciationis beatæ Mariæ, in hæc verba :

Literæ.

His letter demanding procurations. " Otto, miseratione divina, etc. discreto viro, illi " episcopo, vel archidiacono, salutem. Cum necesse " habeamus de mandato summi pontificis, moram " trahere in Anglia longiorem, nec possumus propriis " stipendiis militare; discretioni vestræ, qua fungimur " auctoritate, mandamus, quatinus procurationes nobis " debitas in episcopatu vel archidiaconatu vestro colligi " facias nostro nomine diligenter, eas quam citius " poteritis nobis transmissuri, contradictores per cen- " suram ecclesiasticam compescendo; proviso quod " quælibet procuratio summam quatuor marcarum ali- " quatenus non excedat; et ubi una ecclesia non " sufficiet ad procurationem hujusmodi habendam, duæ " pariter unam solvant. Datum Londoniis, decimo " quinto kalendas Martii, pontificatus domini Gregorii " Papæ decimo tertio."

Quomodo mirabili quodam arguento Romani emun- gebant pecuniam.

The Pope's scheme for obtaining money by pecuniam a fidibus abraderet, hoc modo, qui per the legate's sequences scriptum diligentí lectori satis manifestatur. those signed with the cross from their vow. Eodem tempore, dominus legatus accepit in manu Ille vel ille episcopus dilectis in Christo filiis omnibus archidiaconis per diocesim suam constitutis salutem. Literas domini legati suscepimus in haec

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

7

“ verba; ‘Otto etc. Cum, sicut intelleximus, nonnulli A.D. 1240.
 “ ‘crucesignati regni Angliæ, qui sunt inhabiles ad
 “ ‘pugnandum, ad sedem Apostolicam accedant, ut
 “ ‘ibidem a voto crucis absolvi valeant; et nos nuper
 “ ‘recepimus a summo pontifice in mandatis, ut tales
 “ ‘non solum absolvere, verum etiam ad redimenda
 “ ‘vota sua compellere debeamus; volentes eorum
 “ ‘parcere laboribus et expensis, paternitati vestræ,
 “ ‘qua fungimur auctoritate, mandamus quatinus po-
 “ ‘testatem prædictam, a summo pontifice nobis con-
 “ ‘cessam, faciat in vestris diocesibus sine mora
 “ ‘qualibet publicari, ut præfati crucesignati ad nos
 “ ‘accedere valeant, beneficium super hoc juxta formam
 “ ‘nobis traditam accepturi. Datum Londoniis, decimo
 “ ‘quinto kalendas Martii, pontificatus domini Gregorii
 “ ‘Papæ decimo tertio.’” ←→

*Quomodo comes S[imon] de Legrecestria accinxit se
 ad iter Jerosolimitanum arripiendum.*

Eodem anno, kalendis Aprilis, venit comes Legreces- Simon de Montfort
 triæ, Simon de Monteforti, qui receptus est cum honore Montfort
 a rege et regalibus. Et divertens ad terras suas collegit prepares
 pecuniam, venditis nemoribus et terris, ad necessaria crusade,
 viatica quibus indiguit, iter suum¹ Jerosolimitanum in
 proximo arrepturus. Uxor autem ipsius gravida in
 partibus transmarinis moram continuavit. Tunc² ven- He sells
 didit comes S[imon] nobilem sylvam Legrecestriæ his wood at
 Hospitalariis et canonicis Legrecestriæ, pro qua cepit Leicester,
 circiter mille libras.

De dissensione orta inter cives Oxonice et scholares.

Tempore quoque eodem, orta est gravis dissensio Quarrels
 inter scholares Oxoniæ et cives, unde multi eorum³ ab between
 the scholars and

¹ *suum*] om. C.

³ *eorum*] illorum, C.

² *Tunc . . . libras*] In the margin
 in B.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1240. illa civitate usque ad Cantebruge mansionem trans-townsmen at Oxford. Many students go to Cambridge. tulerunt; ubi quasdam libertates a rege contra burgenses scholares¹ sunt adepti, et inde cartam regis optinuerunt.

Quomodo quidam Caursini jussi sunt abire.

The Caursins banished, but conceal themselves in England.

Temporibus sub eisdem oculi regis aperti sunt, et Caursinis, præcipue Senonensibus, terram suam inter-dixit, qui terram suam mundissimam iniquis exactionibus palliæ usuræ macularunt. Ipsi autem molestè ferentes et dolentes tales se pascuas amissuros, data pecunia, quæ nimis solet impios justificare, adhuc pro magna parte latuerunt.

Quomodo² infirmato et postea mortuo Leolino patre filii sui inimici ad invicem facti sunt.

Death of Llewellyn ap-Jor-werth, 11 April.

His son Griffith captured and imprisoned by David.

Anno eodem, tertio idus Aprilis, scilicet die sancti Guthlaci, princeps Northwalliæ Leolinus, cum edomito Griffino, qui jam calcaneum [sustulerat] ut guerram moveret, terram Walliæ eum contingentem pacificasset, viam universæ carnis est ingressus. Quo mortuo, David, cui pater Walliam pro hæreditate, consentiente Griffino fratre primogenito, habendam decreverat, fratrem suum jam dictum Griffinum ad quoddam concilium in dolo vocavit, in quo, ut asseruit, formam inter eos provideret communī assensu utrius fratrum convenientem pacis et foederis fraterni; ad quod sub conductu episcopi de Bangor R[icardi] et aliorum magnorum virorum cum pacificus pervenisset, David, fraternalitatis oblitus simul et fidei, ipsum capi præcepit; et invitis ac reclamantibus ductoribus, carcerali custodiæ jussit mancipari.

¹ *scholares*] om. C.

² In the margin there is a drawing of "Leolinus moriens," and

"Griffinus" and "David" looking on.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

DE TEMPORE REGIS HENRICI TERTII.

9

*Quomodo rex fecit cives Londonienses et multos alios A.D. 1240.
jurare fidelitatem Ædwardo filio suo.*

Per idem quoque tempus, rex cives Londonienses et Fealty
Quinque Portuum custodes et multos alios fecit jurare ^{sworn to} Edward.
fidelitatem et ligantiam Ædwardo primogenito suo.
Percrebuerunt enim illo tempore rumores in Anglia
quod Daci disponebant ipsam¹ hostiliter invadere. Quod False re-
tamen nihil aliud erat, nisi quod, navibus oneratis ^{port of a} Danish
hominibus utriusque sexus, terras a Tartaris vastatas invasion.
disposuerunt colere et inhabitare et populis restaurare.

*Quomodo data pecunia absolvebatur quicunque voluit
a voto crucis.*

Eisdemque² temporibus inceperunt³ ipsi Prædicatores The Do-
frates et Minores, et alii viri literati, præcipue theo-
logi, crucesignatos absolvere a voto suo, accepta tamen minicans
pecunia quanta sufficere videbatur unicuique ad via- and Fran-
ticum ultramarinum. Et factum est in⁴ populo scan- ciscans sell
dalum cum scismate. Absurdum enim videbatur etiam absolutions
simplicibus, quam diversis muscipulis simplicem Dei from the
populum substantia sua moliebatur Romana curia pri- crusading
vare, nihil petens nisi aurum et argentum. vow.

*Quomodo extorserit Papa quintam partem bonorum
suorum ab alienigenis in Anglia beneficiatis.*

Proposuit etiam dominus Papa eodem tempore et The Pope
dignum censuit extorquere quintam partem bonorum, extorts a
in redditibus ultramarinorum clericorum beneficiatorum fifth from
in Anglia, ad ingerendum gravamen imperatori, quem the foreign-
undique pericula inimicorum cingebant, quos Papa per ers bene-
pecuniam ab Anglia collectam et extortam sustentabat. ficed in
Nec desinebat interim omnes, qui eidem imperatori England.

¹ *ipsam*] eam, C.

³ *inceperunt*] acceperunt, B.

² *Eisdemque*] Eisdem quoque, C.

⁴ *in*] om. C.

Cambridge University Press

978-1-108-04902-3 - Chronica Majora, Volume 4: A.D. 1240 to A.D. 1247

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

10 MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 1240. fidelitate tenebantur, absolvere, et induratum est odium horribile, diatim suscipiens incrementum. Dicebant etiam regi sui fideles; "Domine princeps nominatissime, Ps. lxxix. " quare permittitis Angliam fieri in prædam et desolationem transeuntium, quasi vineam sine maceria " omni¹ communem viatori, ab apris exterminandam; " cum habeas efficax privilegium, ut non fiant tales " in regno isto exactiones, nec sit dignus privilegio The king will not oppose the Pope. " qui eo concessso abutatur?" Quibus talia persuadentibus, ait; "Nec volo nec audeo domino Papæ " in aliquibus contradicere." Et facta est in populis desperatio nimis deploranda.

De perturbatione aeris.

Violent wind, 8 March. In crastino vero sanctorum Perpetuae et Felicitatis ventus supra modum validus et violentus totum aera perturbavit, qui inter cætera obstupenda quandam lapidem, quem homo fortis a terra vix levaret, procul ultra ecclesiam a quodam pinnaculo transportaret.

Quomodo legatus nitebatur inclinare corda episcoporum ad solvendam quintam partem bonorum.

f. 132 b. Ejusdem anni spatio, convenerunt apud Radingum Meeting of prelates and others at Reading. omnes Angliæ archiepiscopi, episcopi et majores abbates et quidam magnates regni, Papale mandatum a domino legato explicandum audituri. Quo cum pervenissent, legatus, facto prolixo sermone, ut sibi corda audientium inclinaret, tandem varias pressuras, quas pro justitia ecclesiæ sustinuit dominus Papa, sustinendo insultus Fretherici dicti imperatoris, omnibus patefecit. Exigitur The legate demands a fifth part of their goods for the Pope's gebat igitur instanter ex parte ipsius Papæ quintam partem bonorum suorum, quibus suffultus injurias tam validi inimici valeret propulsare. Cui, inito consilio, responderunt episcopi, quod nullo modo tam importabile

¹ *omni*] omnem, B.